

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

M.T.Ciceronis epistolarvm ad T.Pomponivm  
Atticvm liber tertivs.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)

re potueramus, subito exorta est. Quid queris: nil me infortunatus, & Catulo, cum splendore vite, tum hoc tempore. Nos tamen in iis etiam miseris erecto animo, & minime perturbato sumus, honestissimeque & dignitatem nostram magna cura tuemur. Pompeius de Clodio iubet nos esse sine cura, & summam in nos benevolentiam omni oratione significat. Te habere consiliorum auctorem, sollicitudinum socium, omni in cogitatione consuetum cupio. Quare, ut Numestio madaui, tecum ut ageret, ite atque eo si potest acrius te rogo, ut plane ad nos adules, respiraro, si te videro. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.




Um aliquem apud te laudaro tuorum familiarium, volam illum scire ex te me id fecisse, ut nup me scis scripsisse ad te de Varronis erga me officio, te ad me re scripsisse eam rem summam tibi voluptati esse, sed ego mallem ad illum scripsisses mihi illum satisfacere. mirabiliter enim moratur est sicut nosti *ἐλκτα ἡδὴ οὐδὲν*. sed nos tenemus preceptum illud *τὰς ἡμῶν κρατύντων*. At Hercule alter tuus familiaris Hortensius, qui plena manu, qui ingenue, qui ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de Flacci prura, & de illo tempore Allobrogum diceret. Sic habeto, nec amantius, nec honorificentius, nec copiosius potuisse dici. ei te hoc scribere a me tibi esse missum, sane volo. Sed quid tu scribas: quem iam ego venire, atque adesse arbitror. Ita enim egi tecum superioribus literis, valde te expecto, valde desidero: neque ego magis, quam ipsa res, & tempus poscit. His de negotiis, quid scribam ad te, nisi idem quod sepe: rep. nil desperatius: his quorum opera, nihil maiore odio. Nos, ut opinio, & spes, & coniectura nostra fert, firmissima benevolentia hominum muniti sumus. Quare adules, aut expedies nos omni molestia, aut eris particeps. Ideo sum brevior, quam ut spero, coram brevi conferre, quem volumus, licebit. Vale.

Hortensius.

M. T. CICERONIS EPISTOLARUM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER TERTIVS.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Um antea maxime nostra interesse arbitrabar te esse nobiscum: tum vero, ut legi rogationem, intellexi ad iter, quod constitui, nil mihi optatius cadere posse, quam ut me quamprimum consequere: ut cum ex Italia profecti essemus, siue per Epirum iter esset faciendum, tuo tuorumque presidio uteremur, siue aliud quid agendum esset, certum consilium de tua sententia capere possemus. Quamobrem te oro, des operam, ut me statim consequere. facilius potes, quoniam de provincia Macedonia perlata lex est. Pluribus verbis tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



ineris nostri causa fuit, quam non habebam locum, ubi pro meo iure ditius esse possem, quam in fundo Sicce, presertim nondum rogatione correctam: & simul intelligebam, ex eo loco si iter haberem, posse me Brundisium referre: sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter Antonium. Nunc, ut ad te antea scripsi, si ad nos veneris, consilium totius rei capiemus. iter esse molestum scio, sed tota calamitas omnes molestias habet. Plura scribere non possum, ita sum animo percusso, & abiecto. Cura ut valeas. Dat. VI. Id. April. Naryci Locridis.

Calamitas.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



tinam illum die videam, cum tibi agam gratias, quam me vivere coegisti. Adhuc equidem valde me poenitet, sed te oro, ut ad me Vibonem statim venias, quo ego multis de causis conuertam iter meum. Sed eo si veneris, de toto itinere, ac fuga mea consilium capere poteris: si id non feceris, mirabor, sed confido te esse omnino facturum. Vale.

Ad me Vibonem venias.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



iserie nostre potius velim, quam incostantem tribuas, quam a Vibone, quo te arcessabamus, subito discessimus. allata est enim nobis rogatio de pernicie mea, in qua quod confectum esse audieram, erat huiusmodi, ut mihi ultra quadringenta millia liceret esse. Illo cum pervenire non liceret, statim iter Brundisium versus contulim ante diem rogationis, ne & Sicca, apud quem eram, periret, & quod Melita esse



ximis meis erumnis, & luctibus hoc metu adiecto maneo Thessalonice suspensus: nec audeo  
 qcq̄. Nūc ad ea, q̄ scripsisti. Tryphonē Cēciliū nō vīsendū vīdī, sermonē tuū, & Pōpeiū, cogno-  
 ui ex tuis literis. Motū in rep. nō tantū ego video, quātū tu aut vides, aut ad me cōsolādum  
 affers. Tigrane. n. neglecto, sublata sūt oīa. Varroni me iubes agere gratias. faciā. itē Hypseo.  
 Qd̄ suades, ne lōgius discedamus, dū acta mensis Maii ad nos perferant, puto me ita esse fa-  
 cturū: sed vbi, nondū statui: atq; ita perturbato sum aīo de Quinto, vt nil queā statuere, sed  
 tū statim te faciā certiorē. Ex epistolarū mearū incōstantia puto te mentis meę motū videre:  
 qui et̄si incredibili, & singulari calamitate afflictus sum, tū nō tā ex miseria, q̄ ex culpę nostrę  
 recordatione cōmorus, cuius em̄, scelere impulsus, ac proditi simus, iam profecto vides, atq; vtī  
 nam iam ante vidisses, neq; totū animū tuū mœrori meū simul dedisses. Quare, cū me affli-  
 ctum, & confectū luctu audies, existimato me stultitię meę pœnā ferre grauius, q̄ euenti, q̄ ei  
 crediderim, quē esse nefarium nō putarā. Me & meorū malorum memoria, & metus de fratre  
 in scribendo impedit. Tu ista oīa vide, & gubernā. Terentia tibi maximas gratias agit. Litera  
 rum exemplū, quas ad Pompeiū scripsi, misi tibi. Vale. Dat. III. Cal. Iun. Thessalonice.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Vintus frater cū ex Asia discessisset ante Cal. Maias, & Athenas venisset Id.  
 Maiis, valde fuit ei properandū, ne quid absens acciperet calamitatis, si quis  
 forte fuisset, qui cōtentus nostris malis nō esset. Itaq; malū et̄i pperare Ro-  
 mam, q̄ ad me venire: & simul (dicā em̄ qd̄ verum est, ex quo magnitudinē  
 mearū miseriarū perspicere possis) animū iducere nō potui, vt aut illū amā-  
 tissimū mei, mollissimo animo, tanto in mœrore aspicerē, aut meas miseras  
 luctu afflictas, & perditā fortunā illi offerrē, aut ab illo aspici paterer. Atq; illud etiā timebā,  
 qd̄ pfecto accidisset, ne a me digredi non posset, versabat̄ mihi tēpus illud ante oculos, cū ille  
 aut lictores dimitteret, aut vi euelleret ex cōplexu meo. Huius acerbioris euentū, altera acer-  
 bitate non vidēdi fratris vitauī. in hūc me casum vos viuēdi auctores ipulistis. Itaq; mei pec-  
 cati luo pœnas: q̄q̄ tuę me literę sustētant, ex quibus quantū tu ipse speres, facile perspicio. q̄  
 quidē tū aliquid habebāt solatiū ante, q̄ eo venisti a Pōpeio. Nunc Hortensiu allice, & eiusmo-  
 di viros, Obsecro mi Pōponi, nondū perspicis, quorū opera, quorū insidiis, quorū scelere perie-  
 rimus! Sed tecū hęc corā agemus. tātū dico, qd̄ scire te puto, nos nō inimici, sed inuidi perdi-  
 derunt. Nunc si ita sunt, q̄ speras, sustinebimus nos, & spe, qua iubes, nitēmur: sin, vt mihi vi-  
 dent, infirma sunt, qd̄ optimo tēpore facere nō licuit, min⁹ idoneo fiet. Terentia tibi sepe gra-  
 tias agit. Mihi etiā vnū de malis in metu est, fratris miseri negotiū. qd̄ si sciā cuiusmodi sit,  
 sciā quid mihi agendū sit. Me etiā nūc istorū beneficiorū, & literarū expectatio; vt tibi placet,  
 Thessalonice tenet. Si quid erit noui allatū, sciā de reliquo quid agendū sit. Tu, si vt scribis,  
 Cal. Iun. Roma pfectus es, ppediē nos videbis. Et literas, quas ad Pōpeiū scripsi, tibi misi. Va-  
 le. Id. Iun. Thessalonice.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Cra q̄ essent vsq; ad. VIII. Cal. Iun. cognouī ex tuis literis, reliqua expectabā  
 (vt tibi placebat) Thessalonice: quib⁹ allatis, statuere facilius potero, vbi sim.  
 Nā si erit causa, si qd̄ ageat, si spem videro, aut ibidē opperiat, aut me ad te cō-  
 ferā. sin vt tu scribis, ista euauerint, aliud aliqd̄ videbimus. oīno adhuc nihil  
 mihi significatis, nisi discordiā istorū: quæ tū inter eos de oībus potius reb⁹  
 est, q̄ de me. itaq; quid ea mihi profit, nescio. Sed tamen quoad me vos spera-  
 re vultis, vobis obrēperabo. Nam q̄ me tam sape, & tam vehemēter obiurgas, & animo infir-  
 mo esse dicis, quāso, ecquod tantū malū est, qd̄ in mea calamitate non sit: Ecquis vnq̄ ex tam  
 amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratia, tantis præsidiis bo-  
 norum omnium concidit: possum obliuisci qui fuerim, non sentire qui sum! quo caream ho-  
 nore! qua gloria! quibus liberis! quib⁹ fortunis! quo fratre! quē ego, vt nouum calamitatis ge-  
 nus attendas, cū pluris facerē q̄ me ipsum, semperq; fecissem, vitauī ne viderē, ne aut illius lu-  
 ctum, squalorēq; aspicerē, aut ne me, quē ille florentissimū reliquerat, perditū illi, afflictumq;  
 offerre. Mitto cetera intolerabilia, etenim fletu impediōr. Hic vtrū tandē sum accusandus: q̄  
 doleo, an q̄ cōmisi vt hęc aut nō retinerem, qd̄ facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea  
 pernicio consilia inirentur, aut certe viuus amitterem! Hęc eo scripsi, vt poti⁹ releuares me,  
 quod facis, q̄ aut castigatiōe, aut obiurgatiōe dignū putares: ecq; ad te minus multa scri-  
 bo, q̄ & mœrore impediōr, & quid expectem istinc magis habeo, q̄ quid ipse scribam, quæ si

Stultitię  
 pœnā ferre  
 q̄ euenti.

Luo pœ-  
 nas.

Ecquis.  
 Mœroris  
 causę.

## Epistol. ad T. P. Atticum

erunt allata, faciã te cõsiliũ nostrũ certiorẽ. Tu, vt adhuc fecisti, q̃ plurimis de rebus ad me ve  
lim scribas, vt prorsus ne quid ignorem. Vale. XIII. Cal. Quintil. Thessalonica.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



**M**E & tuę literę, & quidã boni nunciũ, non optimis tñ auctoribus, & expecta  
tio vestrarũ literarũ, & q̃ tibi ita placuerat, adhuc Thessalonice tenebãt. Si  
accepero literas, quas expecto, si spes erit ea, quæ rumoribus afferebatur, ad  
te me conferã. si non erit, faciã te certiorẽ, quid egerim. Tu me, vt facis, ope  
ra, consilio, gratia iuuã, consolari iam desine, obiurgare vero noli. qđ cum fa  
cis, vt ego tuum amorem & dolorẽ desidero, quem ita affectum mea erũna  
esse arbitror, vt te ipsum cõsolari nemo possit. Q. fratrem oprimũ, humanissimũq̃ sustenta. Ad  
me, obsecro te, vt omnia certa perscribas. Vale. Dat. III. Cal. Quintil.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



**V** quidẽ sedulo argumẽtaris qđ sit sperãdũ, & maxime p̃ Senatũ, idẽq̃ caput  
rogationis pponis. Scribis quare in Senatu dici nihil liceat. itaq̃ filef. Hic tu  
me accusas, q̃ me afflictẽ, cũ ita sim afflictus, vt nemo vnq̃. qđ tute intelligis.  
Spem ostẽdis secũdũ comitia. q̃ ista est eodẽ Tri. Ple. & inimico Cos. Des! Per  
cussisti autẽ me, etiã de oratione plata: cui vulneri, vt scribis, medere, si qđ po  
tes. Scripsi equidẽ olim ei iratus, q̃ ille prior scripserat, sed ita cõpresserã, vt  
nũq̃ emanaturã putarẽ: quomodo exciderit, nescio. sed q̃ nũq̃ accidit, vt cũ eo verbo vno cõ  
certarim, & q̃ scripta videt̃ mihi negligẽtius, q̃ ceterę, puto posse pbari, nõ esse meã. Id si pu  
tas, me posse sanari, cures velim. sin plane perii, min⁹ laboro. Ego etiã nũc eodẽ in loco iaceo  
sine sermone vllõ, sine cogitãtiõẽ vlla. Licet tibi (vt scribis) significarẽ, vt ad me venires Sido  
na, tñ intelligo te istic pdesse, hic ne verbo quidẽ leuare me posse. Nõ queo plura scribere, nec  
est qđ scribã, vestra magis expecto. Vale. XVI. Cal. Sextil. Thessalonice.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



**Q**uod ad te scripserã, me in Epeiro futurũ, posteaq̃ extenuari spem nostrã, &  
euanescere vidĩ, mutauĩ cõsiliũ, nec me Thessalonica cõmoui, vbi esse cõsti  
tuerã, quoad aliqd ad me de eo scriberes, qđ proximis literis scripseras fore,  
vti secũdũ comitia aliqd de nobis in Senatu agerẽ: id tibi Pompeiũ dixisse.  
Qua de re, qm̃ comitia habita sunt, tuq̃ nil ad me scribis, perinde habebõ,  
ac si scripsisses nil esse, meq̃ tẽporis nõ lõginqui spe ductũ esse moleste ferã.

Quẽ autẽ modũ te videre scripseras, qui nobis utilis fore viderẽt, eũ nũciant qui veniũt nul  
lum fore. In Tri. Ple. Des. reliqua spes est: quam si expectaro, nõ erit, q̃ putes me causę meę, ac  
volũtati meorũ defuisse. Q. me sepe accusas, cur hũc meũ casum tã grauiter ferã, debes igno  
scere, cũ ita me afflictũ videas, vt neminẽ vnq̃ nec videris, nec audieris. Nã q̃ scribis te audia  
re, me etiã mẽris errore, ex dolore affici: mihi vero mēs itegra est. atq̃ vtinã tã in piculo fuĩf  
set, cũ ego iis, qb⁹ salutẽ meã charissimã eẽ arbitrabar, inimicissimis crudelissimisq̃ vsus sum:  
q̃ vt me paulũ inclinari timore viderũt, sic impulerũt, vt omni suo scelere, & p̃fidia abuterẽt̃  
ad exitiũ meũ. Nunc qm̃ iam est Cyzicũ nobis eundũ, quo rarius ad me litera: perferẽt, hoc  
velim diligẽtius omnia, quę putaris me scire opus esse, perscribas. Quintũ fratrem meũ fac di  
ligas, quẽ ego miser, si incolumẽ relinquo, nõ me totũ perisse arbitror. Vale. Non. Sextil.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Plenus cũ  
ablatiuo.



**X** tuis literis plenus sum expectatione de Põpicio, quidnã de nobis velit,  
aut ostẽdat. Comitã. n. credo esse habita, qb⁹ absolutis scribis illi placuĩf  
se agi de nobis. Si tibi stult⁹ esse videor, q̃ sperẽ, facio tuo iussu: & scio te  
me iis epistolis poti⁹, & meas spes solitũ eẽ remorari. Nũc velim mihi pla  
ne p̃scribas, qđ videas. Scio nos nostris multis peccatis in hãc erũnã inci  
disse: ea si q̃ casus ex pte correxerint, min⁹ moleste feremus nos vixisse, &  
adhuc viuere. Ego p̃pter vię celebritatẽ, & quotidianã expectationẽ rerũ  
nouarũ, nõ cõmoui me adhuc Thessalonica: sed iã extrudimur, nõ a Plãco (nã is qđẽ retinet)  
verũ ab ipso loco minime appposito ad tolerandã in rãto luctu calamitatẽ. In Epeirum igĩt, vt  
scripserã, nõ iui, q̃ subitĩ mihi aduersi nũciũ venerãt, & literę, quare nihil esset necesse q̃pro  
xime Italiã esse. Hinc si aliquid a comitiis audierimus, nos in Asiã conuerremus, neq̃ adhuc  
stabat, quo potissimũ. sed scies. Vale. XII. Cal. Sextil. Thessalonice.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Ccepi Idi. Sextil. quattuor epistolas a te mihi missas. vnā, qua me obiurgas, & rogas, vt sim firmior. alterā, qua Crassi libertū ais tibi de mea sollicitudine macieq; narrasse. tertiā, qua demonstras acta in Senatu. & quartā de eo, qđ a Varrone scribis tibi esse confirmatū de volūtate Pōpeiū. Ad primā tibi hoc scribo, me ita dolere, vt nō modo a mēte nō deserar, sed id ipm doleā, me tā firma mēte vbi vtar & quibuscū nō habere. Nā si tu me vno nō sine mērore cares, quid me censes, qui & te, & oīb? & si tu incolumis me requiris, quomodo a me ipam incolumitatem desiderari putas? Nolo cōmemorare quibus rebus sim spoliatus, nō solū quia non ignoras, sed etiā ne scindam ipse dolorem meū, hoc cōfirmo, neq; tantis bonis esse priuatū quēq;, neq; in tantas miserias incidisse. Dies autē non modo nō leuat luctū hunc, sed etiā auget. nā ceteri dolores mitiganē vetustate, hic nō potest non & sensu p̄sentis miserīe, & recordatione p̄teritę vitę quotidie augeri. Desidero. n. nō mea solū, neq; meos, sed me ipsum. Quid em̄ sum? sed non faciā, vt aut tuum animū angam querelis, aut meis vulneribus sepius manus afferam. Nā q; purgas eos, quos ego mihi scripsi inuidisse, & in eis Catonem: ego vero tantū illū puto ab isto scelere abfuisse, vt maxime doleā plus apud me simulationem malorum, q̄ istius fidem valuisse. Ceteri quos purgas, debent mihi p̄bati esse, tibi si sunt. sed hec fero agim?. Crassi libertū nihil puto sincere locutum. in Senatu rem probe scribis actam, sed quid Curio: an & illam orationē non legit? que vnde sit prolata nescio. Sed Maximus Auxilius eiusdem diei scribens ad me acta nō ita laudat Curionē. At potest ille aliquid p̄termittere: tu nisi qđ erat, profecto nō scripsisti. Varronis sermo facit expectationē Cesaris, atq; vtinam ipse Varro incubat in causam: qđ p̄fecto cū sua sponte, tū te instāte faciet. Ego si me aliquādo vestri, & patrię cōpotē fortuna fecerit, certe efficiā, vt maxime latere vnus ex oībus amicis, meaq; officia, & studia, que parū antea luxerūt (fatēdū est em̄) sic exequar, vt me eque tibi, ac fratri, ac liberis nostris restitutū putes. Si quid in te peccaui, ac poti⁹ qm̄ peccaui, ignosce, in me em̄ ipsum peccaui vehementius. Neq; eo hec scribo, quo te nō meo casu maximo dolore affectū esse sciam: sed p̄fecto si quantū me amas, & amasti, tantū amare deberes, ac debuisses, nūq; esses passus me, quo tu abūdas, egere cōsilio, nec esses passus mihi persuaderi, vtile nobis esse legē de collegis proferri. Sed tu tantū lachrymas p̄buisisti dolori meo, qđ erat amoris, tāq; ipse ego: qđ meritis meis p̄fectū esse potuit, vt dies & noctes quid mihi faciēdū esset, cogitares, id abs te meo, nō tuo scelere p̄termisum est. Q; si nō modo tu, sed quisq; fuisset, qui me Pompeiū minus liberali responso perterritū a turpissimo cōsilio reuocaret, qđ vn⁹ tu facere maxime potuisti, victores hodie viueremus. Hic mihi ignoscas, me em̄ ipsum multo magis accuso. deinde te, quasi me alterū, & simul meę culpę sociū quero. si restitutor, etiā min⁹ deliquisse videbimur, abs req; certe, qm̄ nullo nostro, tuo ipsius beneficio diligemur. Qđ te cum Curione scribis de priuilegio locutū, est aliquid, sed multo est melius abrogari. si em̄ nemo impediat, sic est firmius. sin erit qui ferri nō sinat, eidē S. C. intercedet, nec quicq; aliud opus est, q̄ abrogari. nā prior lex nos nil lēdebat: quā si, vt est promulgata, laudare voluissim⁹, aut vt erat negligēda, negligere, nocere oīno nobis nō potuisset. Hic mihi primū non modo consiliū defuit, sed etiā obfuit. Cęci, cęci iquā fuim⁹ in vestitu mutādo, i populo rogādo, qđ nisi noiatim mecum agi cęptū esset, fieri perniciosum fuit. sed pergo p̄terita. verūtū ob hanc causam, vt si quid ageret, legē illā, in qua popularia multa sunt, ne tāgatis. Verū, est stultū me p̄cipere, qđ agatis, aut quomodo. Vtinā modo agat aliquid, in quod ipsa iubeat. Multa occultant tuę lētere, credo ne vehementius desperatione perturber. Quid enim vides agi posse, aut quomodo? per Senatum ne? aut tute scripsisti ad me, quoddā caput legis Clodium in curiā poste fixisse, ne referri, neve dici liceret. Quid igitur Domitius se dixit relaturum? Quomodo autē istis, quos tu scribis, & de re dicentibus, & vt referretur postulātibus, Clodius tacuit? Ac si per populū, poterit ne nisi de oīm Tri. Ple. sentētia: quid de bonis? quid de domo? poterit ne restitui? aut si nō poterit, egomet quomodo potero? Hęc nisi videris expediri, quā i spem me vocas? si autē spei nihil est, qđ est mihi vita: itaq; expecto Thessalonice acta Cal. Sextil. ex quib⁹ statuam in tuos ne agros cōfugiā, vt neq; videā hoīes, quos nolim, & te, vt scribis, videā, & p̄pius sim si quid agat, idq; intellexi, cū tibi, rū Q. fratri placere, an abeā Cyzicū. Nūc Pōponi, qm̄ nil impertisti tuę prudentię ad salutē meā, qđ aut in me ipso satis esse consilii decreueras, aut te nil etiā mihi plus debere, qđ vt p̄sto esses, quando quidē ego pditus, inductus, cōiectus in fraudē

Doloris vehementis causę.

Dolor igēs

Cato Cic. inuidit.

Lex de collegis.

Aut tute.

## Epistol. ad T. P. Atticum

omnia mea praesidia neglexi, tota Italia in me erecta ad me defendendum destituit, & reliqui, me meis tradidi inimicis, inspectate, & tacete te, qui si non plus ingenio valebas, quam ego, certe timebas tu minus: si potes, erige afflictos, & in eo nos iuua. sin omnia sunt obstructa, id ipsum fac ut sciamus, & nos aliqui aut obiurgare, aut communiter consolari desine. Ego si tuam fidem accusarem, non me potissimum tuis rebus crederem: mea amentiam accuso, quod a te tantum amari, quantum ego vellem, putavi: quod si fuisset, fide eandem, curam maiorem adhibuisses, me certe ad exitum precipitantem retinuisses: istos labores, quos nunc in naufragiis nostris suscipis, non subisses. Itaque fac, ut omnia ad me perspecta, & explorata perscribas, meque ut facis, velis esse aliquem, quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum: & ut his literis, non te, sed me ipsum a me esse accusatum putes. Si qui erunt, quibus putes opus esse meo nomine literas dari, velim conscribas, curesque dandas. Vale. Dat. XIII. Cal. Septemb. Thessalonica.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Optum iter mihi incertum facit expectatio literarum tuarum Cal. Sextil. datarum non aliud aliquid, si spes erit, Epirum: sin minus Cyzicum, aut aliud quid sequemur. Tuque quidem literae, quo sepius a me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorem, quam cum latae sunt. tum id, quod attulerunt ad spem, infirmant: ut facile appareat, te, & consolationi seruire, & veritati: idque te rogo plane, ut ad me, quae scis, ut erunt: quae putabis, ita scribas. Vale. Dat. XII. Cal. Septembr.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Ex ante die  
Liuius.



Ex Q. fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerunt, ex ante die Non. Iun. usque ad prid. Cal. Septemb. Ego autem diei ei veniens in M. Reguli. Liuius ad me a Regulo missus venit. is omnino mentionem nullam factam esse nunciauit: sed fuisse tamen sermonem de C. Clodii filio, isque mihi tum a fratre literas attulit: sed postridie Sextii pueri venerunt, qui a te literas attulerunt, non tam exploratas a timore, quam sermo Liuii fuerat. Sane sum in meo infinito mœrore sollicitus, & eo magis, quod Appii questio est. Cetera, quae ad me eisdem literis scribis de nostra spe, intelligo esse languidiora, quam alii ostendunt. Ego autem, quam non longe ab eo tempore absumus, in quo res diiudicabitur, aut ad te conferam me, aut etiam nunc circum haec loca commorabor. Scribit ad me frater omnia sua per te vnum sustineri. Quid te aut horret, quod facis, aut agam gratias, quod non expectas: tantum velim fortuna det nobis potestatem, ut incolumes amore nostro profuamur. Tuas literas semper maxime expecto: in quibus caue, ne aut diligentia tua mihi molesta, aut veritas acerba sit. Vale. Dat. prid. Non. Septemb.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Expectationem nobis non parua attuleras, cum scripseras Varronem tibi per amicitiam confirmasse, causam nostram Pompeium certe suscepturum, & simulac a Cesare ei literae, quas expectaret, remissae essent, auctorem etiam daturum. utrum id nihil fuit: an aduersate sunt Caesaris literae: an est aliquid in spe? Etiam si lud scripseras eundem secundum comitia dixisse. Fac, si vides quantis in malis iaceam, & si putas esse humanitatis tuae, me fac de tota causa nostra certiore. Nam Q. frater homo mirus, qui me tam valde amat, omnia mittit spei plena, metuens credo defectionem animi mei. Tuque autem literae sunt variae, neque enim me desperare vis, nec temere sperare. Fac obsecro te, ut omnia quae a te prospici possunt, sciamus. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Vod eiusmodi mihi literae a vobis afferebant, ut aliquid ex iis esset expectandum, spe & cupiditate Thessalonicae detentus sum. Posteaque omnis actio huius anni confecta nobis videbatur, in Asiam ire nolui, quod & celebritas mihi odio est, & si fieret aliquid a nouis magistratibus, abesse longe nolebam. Itaque in Epeirum ad te statui me conferre: non quo mea interesset loci natura, qui lucem omnino fugerem: sed ut saltem libentissime ex tuo portu proficiscar, & si ea pericula erit, nusquam facilius hanc miseram vitam vel sustentabo, vel quod multo est melius, abiero cum paucis, multitudinem dimittam. Me tuque literae nunquam in tantam spem adduxerunt, quantum aliorum. attamen mea spes etiam tenuior semper fuit, quam tuae literae. Sed tamen quoniam coeptum est, age quoquo modo coeptum est, & quacumque de causa, non deseram neque optimi atque vnicuique fratris miseris, atque luctuosas preces, nec Sexti, ceterorumque promissa, nec spem erumnosissimam mulieris

Terentię, nec miserime mulieris Tulliolę obsecrationē, & fideles literas tuas. mihi Epeirus aut iter ad salutem dabit, aut qđ scripsi supra, te oro, & obsecro T. Pōponi, si me amplissimis, charissimis, iucundissimisque rebus perfidia hominum spoliatus, si me a meis consiliariis proditum, & proiectum vides, si intelligis me coactum, vt ipse me, & meos perderē, vt me tua misericordia iuues, & Quintum fratrem, qui potest esse saluus, sustentens: Terentiam liberoseq; meos tueare: me, si putas te istuc visurum, expectes, si minus, reuisas si potes, mihiq; ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupari potest: & pueros ad me cum literis q̄primum, & q̄ sepiissime mittas. Vale. XVI. Cal. Octob.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Cęcilio, Quinto fratri, & P. Attico, qđ quidē ita esse, & autunculū tuum furti esse officio, vehemētissime probo. gaudere me tū dicā, si mihi hoc verbo licebit vri. Me miserū, q̄ oīa essent ex sententia, si nobis animus, si consiliū, si fides eorū, quib⁹ credidimus, non defuisset, quę colligere nolo, ne augeā mororem. Sed tibi in mentem venire certe scio, quę vita esset nostra, quę suauitas, quę dignitas: ad q̄ recuperanda p̄ fortunas incumbere, vt facis: diemq; nā talem reditus mei cura, vt in tuis adibus amoenissimis agam tecum, & cum meis. Ego huic spei & expectationi, quę nobis proponitur, maxime tamen volui prestolari apud te in Epeiro: sed ita ad me scribitur, vt putē esse commodius nos eisdē in locis esse. De domo, & Curionis oratione, vt scribis, ita est. in vniuersa salute, si ea modo nobis restitatur, inerunt omnia, ex quibus nihil malo, q̄ domum: sed tibi nihil mando nominatim: me totum tuo amorī, fideiq; cōmendo. Qz te in tanta hereditate ab omni occupatione expedisti, valde mihi gratum est. Qz facultates tuas ad meā salutē polliceris, vt oibus rebus a te preter ceteros iuuer, id quantum sit preiudiciū, video: intelligoq; te multas partes meę salutis & suscipere, & posse sustinere, neq; vt ita facias, rogandū esse. Qz me vetas quicq; suspicari accidisse ad animū tuū, qđ secus a me erga te commissum, aut pretermisum videretur, gerā tibi morē, & liberabor ista cura: tibi tamē eo plus debebo, quo tua in me humanitas fuerit excelsior, q̄ in te mea. Velim quid videas, quid intelligas, quid agatur, ad me scribas, omneisq; ad nostram salutē adhortere. Rogatio Sestii, neq; dignitatis satis habet, nec cautionis. nam & nominatim ferre oportet, & de bonis diligentius scribi, & id animaduertas velim. Vale. III. Non. Octob. Thessalonice.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Triginta dies erant ipsi, cum dabā has literas, p̄ quos nullas a vobis acceperā. Mihi autē erat in animo iam, vt antea ad te scripsi, ire in Epeirum, & ibi omnem casum potissime expectare. Te oro, vt si quid erit, qđ perspicias quantum in partem, q̄ plenissime ad me scribas: & meo nomine, vt scribis, literas quibus putabis opus esse, vt des. Vale. V. Cal. Nouemb.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Tū diligenter ad me Q. frater, & Piso, quę essent acta, scripserant, tū vellem tua te occupatio non impedisset, quo minus, vt cōsueuisti, ad me qđ ageretur, & qđ intelligeres, p̄scriberes. Ne adhuc Plātius liberalitate sua retinet iā aliquoties conatum ire in Epeirū. Spes homini est iniecta non eadem quę mihi, posse nos vna decedere, quā rem sibi magno honorī sperat fore. Sed iam cū aduentare milites dicunt, faciendum nobis erit, vt ab eo discedamus. qđ cū faciemus, ad te statim mittemus, vt scias, vbi simus. Lentulus suo in nos officio, qđ & re, & promissis declarat, etiam literis spem nobis nonnullam affert Pompeii voluntatis. sepe em̄ tu ad me scripsisti eum totū esse in illius potestate. De Metello scripsit ad me frater, quantum speraret, perfectum esse per te. Mi Pomponi pugna, vt tecū & cum meis mihi liceat viuere, & scribe ad me omnia. premor cū luctu, tū desiderio omnium rerum, quę mihi me chariores semper fuerant. Cura vt valeas.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Go qđ per Thessaliam si irem in Epeirum, per diu nihil eram auditurus, & qđ mei studiosos habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cum illa superiora Thessalonica scripsissem. inde cum ad te me conuertam, faciam vt scias. Tuq; ad me velim omnia qđ diligentissime, in quoquo modo sunt, scribas. Ego iam aut rem, aut ne spem quidem expecto. Vale. VI. Cal. Decemb. Dyrrhachii.

Potissime,

tuicui  
modis,



# Epistol. ad T. P. Atticum

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



**A**D quintum Cal. Decemb. tres epistolas a te accepi. vnam datā ad. VIII. Cal. Nouemb. in qua me hortaris, vt forti animo mēsem Ian. expectem, eaq; quae ad spem putas pertinere de Lentuli studio, de Metelli voluntate, de tota Pōpei ratione perscribis. In altera epistola prēter consuetudinē tuam diem nō adscribis, sed satis significas tēpus. lege em̄ ab octo Tri. Ple. promulgata, scribis te eas literas eo die dedisse, id est ad. III. Calen. Nouemb. & quid putes utilitatis eam promulgationē attulisse, scribis. In quo si hęc iam nostra salus cū hac lege desperata erit, velim pro tuo in me amore hanc inanē meam diligentiam miserabilem potius, q̄ ineptam putes. sin est aliquid sp̄ei, des operā, vt maiore diligentia posthac a nostris magistratibus defendamur. Nam ea vetus Tri. Ple. rogatio tria capita habuit. Vnū de reditu meo scriptum incaute. nihil enim restituitur prēter ciuitatē, & ordinem, qđ mihi pro meo casu satis est: sed quę cauenda fuerint, & quomodo, te non fugit. Alterū caput est tralatitium de impunitate, si quid cōtra alias leges eius legis ergo factū sit. Tertiu caput, mi Pōponi, quo cōsilio, & a quo sit inculcatum, vide. scis em̄ Clodium sanxisse, vt vix aut omnino non posset, nec per Senatū, nec per populū iſfirmari sua lex. Sed vides nunq̄ esse obseruatas sanctiones earū legū quę abrogarentur. nam si id esset, nulla fere abrogari posset. neq; em̄ vlla est, quae non ipsa se sepiat difficultate abrogationis: sed cum lex abrogat, illud ipsum rogatur, quomodo ea abrogari oporteat. Hoc cū te vera ita sit, & cū semp ita habitum, obseruatūq; sit, octo nostri Tri. Ple. caput posuerūt hoc: si quid in hac rogatione scriptū est, qđ p̄ leges Ple. ve scita S. C. hoc est qđ p̄ legē Clodiā promulgare, abrogare, derogare, obrogare sine fraude sua nō liceat. nō licuerit. qđ q̄ promulgauerit, derogauerit, ob eā rē poenę multa vt sit. C. M. hoc in illis Tri. Ple. nō ledebat. Lege. n. Collegę sui nō tenebant, quo maior est suspitio malitię alicuius, cū id, qđ ad ipsos nihil pertinebat, erat aut cōtra me, scripserunt, vt noui Tri. Ple. si essent timidio res multo magis sibi eo capite vtendū putarēt. Neq; id a Clodio prētermissum est. dixit em̄ in cōtione ad. III. Non. Nouemb. hoc capite designatis Tri. Ple. rescriptū esse, quid liceret. Tñ in lege nulla esse eiusmodi caput te nō fallit. q̄ si opus esset, oēs in abrogando vterent. Nummiū ac ceteros fugerit, inuestiges velim, & quis attulerit, & quare octo Tri. Ple. ad Senatū de me referre nō dubitarint. Siue q̄ obseruandū illud caput putabāt, & ideo in eo rogando tā cauti fuerunt, vt id metuerēt, soluti cū essent, qđ ne iis quidē, qui lege tenent, est curandū. Id caput sane nolim novos Tri. Ple. ferre, sed perferāt modo quidlibet. vno capite quo reuocabor (modo res cōficiat) ero contentus. Iādudū pudet tam multa scribere. Vereor em̄ ne re iam desperata legas: vt hęc mea diligētia miserabilis tibi, aliis irridēda videat. Sed si est aliquid in spe, vide legem, quā T. Fadio scripsit T. Visellius. ea mihi perplacet. nā Sextii nostri quā tu tibi probari scribis, mihi nō placet. Tertia est epistola prid. Id. Nouemb. data. in qua exponis prudenter, & diligēter quę sint, quę rem, operamve distingere videant, de Crasso, de Pompeio, & ceteris. Quare oro te, vt si qua erit spes posse studiis bonorū, auctoritate multitudinis cōparata, rem confici, des operā, vt vno impetu perfringant, in eam rem incūbas, & ceteros tu excites. Sin, vt ego perspicio tum tua coniectura, tū etiā mea, sp̄ei nihil est, oro, obtestorq; te, vt Q. fratrem ames, quē ego miserū misere perdidi, neve quid eū patiare grauius consulere de se, q̄ expediat sororis tuę filio. Meum Ciceronem, cui nihil misello relinquo prēter inuidiā, & ignominiam nominis mei, tuere, quoad poteris. Terentiā vnam omnium erummosissimam sustentens tuis officiis. Ego in Epirū proficiscar, cū primorū dierum nuncios excepero. Tu ad me velim proximis literis, vt se in itia dederint, perscribas. Vale. Prid. Cal. Decemb.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



**A**Ntea, q̄ ad me scripsissetis vestro cōsensu Coss. prouincias ornatas esse, et si ve rebar quorsum id casurum esset, tamen sperabam vos aliquid aliquando vidisse prudentius. Postq̄ mihi dictum est, & scriptum, vehementer consiliū vestrum reprehendi, grauius sum commotus, q̄ illa ipsa spes exigua, quę erat, videtur esse sublata. nam si Tri. Ple. nobis succensent, quae potest spes esse: ac videntur iure succensere, cum expertes cōsiliū fuerint, & qui causam nostram susceperant, & qui nostra concessione omnem vim sui iuris amiserint. praesertim cum ita dicant, se nostra causa voluisse suam potestatem esse de Consulibus ornandis, non vt eos im pedirent, sed vt ad nostram causam adiungerent. Nunc si Consules a nobis alieniores esse

Tralatitium.

Iādudum.

velint, p  
nobis p  
do pot  
adiūg  
qdē ad  
ea causa  
natas est  
nuta sit,  
enim dif  
no diffic  
sime dep  
admodū  
ritas, etia



M. T.



fructus tua  
me ipse nō fa  
se arbitrati su  
ros bonos gr  
dū fracta, diff  
ego nostras el  
gemus. Nunc  
tamen ea inſc  
Sextil. Dyrrh.  
Sextil. ibi mi


velint, posse id libere facere: sin vellēt nostra causa, nihil posse eis inuitis. Nā qđ scribis, ni ita nobis placuisset, illos hoc idem per populū assecuturos fuisse, inuitis Tri. ple. fieri nullo modo potuit. ita vereor, ne & studia Tribunorū amiserimus: & si studia maneāt, vinculū illud adiūgendorū Coss. amissum sit. Accedit aliud nō parū in cōmodū, qđ grauis illa opinio, vt qđē ad nos p̄ferebat, Senatū nihil decernere ante, qđ de nobis actū esset, amissa est. p̄sertim i ea causa, quę nō modo necessaria nō fuit, sed etiā inuisitata, ac noua. neq; em̄ vnq; arbitror ornatas esse Prouincias designatoꝝ: vt cū in hoc illa cōstātia, qđ erat mea causa suscepta, immūnuta sit, nihil iā possit nō decerni. Iā his, ad quos relatū est, amicis placuisse nō mirū sit. erat enim difficile reperire, qđ cōtra tanta cōmoda duorū Coss. palā sententiā diceret, & fuit omnino difficile nō obsequi vel amicissimo hominī Lentulo, vel Metello, qui simultatē humanissime deponerēt. Sed vereor, ne hos cū tenere potuerimus, Tri. ple. amiserimus. Hęc res quę admodū ceciderit, & tota res quo loco sit, velim ad me scribas, & ita, vt instituisti. nā ista veritas, etiam si iucunda non est, mihi tamen grata est. Vale. Dat. III. Id. Decemb.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.




Ost tuū a me discessum literę mihi Roma allatę sunt, ex qbus prospicio nobis in hac calamitate tabescendum esse. neq; enim (sed bonam in partem accipies) si vlla spes salutis nostrę subesset, tu pro tuo amore in me, hoc tempore discessisses. Sed ne ingrati, aut ne omnia velle nobiscū vna interire videamur, hoc omitto. illud abs te peto, des operam, illud quod mihi affirmasti, vt te ante Calen. Ianu. vbicunq; erimus, sistas. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Literę mihi a Q. fratre cū S. C. qđ de me est factū, allatę sunt. mihi in aīo est, legum laudationem expectare. Si obtreābitur, vt ar auctoritate Senatus: & potius vita, qđ patria carebo. Tu quęso festina ad nos venire. Vale. VI. Calend. Ian.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Ex tuis literis, & ex re ipsa nos funditus perisse video. Te oro, vt quibus in reb⁹ meis tuis indigebunt, nostris miseris ne desis. Ego te, vt scribis, cito videbo. Plura non scribo. cura vt valeas.

M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM  
LIBER QVARTVS.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Vm primū Romā veni, fuitq; cui recte ad te literas darē, nil prius mihi faciendū putauī, qđ vt tibi absentī de reditu nostro gratularer. Cognoui enim, vt vere scribam, te in cōsiliis mihi dādis fortioꝝrem prudentioꝝre, qđ me ipsum, etiā p̄pter tuā in me obseruatiā nimium in custodia salutis meę diligentē: eūdēq; te, qui primis temporibus erroris nostri, aut totius furoris particeps, & falsi rumoris socius fuisses, acerbissime dissidium nostrum tulisse: plurimūq; opera, studii, diligentię, laboris, ad cōficiendū reditū meū cōtulisse. Itaq; hoc tibi vere affirmo, in maxima letitia, & exoptatissima gratulatione, vnū ad cumulandū gaudiū cōspectū, aut potius cōplexū mihi tuū defuisse, quē semel nactus nunq; dimisero. Ac nisi etiā p̄termisissos

fructus tuę suauitatis p̄teriti temporis omnes exegero, p̄fecto hac restitutione fortunę me ipse nō satis dignum iudicabo. Nos adhuc in nostro statu, qđ difficillime recuperari posse arbitrati sumus, splēdorē nostrum illum forensem, & in Senatu auctoritatem, & apud viros bonos gratiam, magis qđ optamus cōsecuti sumus. In re autem familiari, quę quēadmodū fracta, dissipata, direpta sit, non ignoras, valde laboram⁹, tuarūq; non tam facultatū, quas ego nostras esse iudico, qđ consiliorum ad colligendas, & constituendas reliquias nostras indigemus. Nunc, etsi omnia aut scripta esse a tuis arbitror, aut etiā nunciis, ac rumore perlata, tamen ea inscribam breui, quę te puto potissimū ex meis literis velle cognoscere. Pridie No. Sextil. Dyrrhachio sum p̄fectus, ipso illo die, quo lex est lata de nobis. Brūdusium veni No. Sextil. ibi mihi Tulliola mea fuit p̄sto natali suo ipso die, qui casu idem natalis erat & Brun

## LIVX Epistol. ad T. P. Atticum

Comitia  
centuriata  
Nomēcla-  
tor.  
Capena  
porta.

Caritas sū-  
ma annonę  
Noīatim.

dusine colonie, & tue vicine salutis: quæ res animaduersa a multitudine summa letitia Brundusinarum. Et ego ante sextum diē Id. Sextil. cognoui, cum Brundusii essem, literis Q. fratris, mirifico studio omnium ætatum, atque ordinum, incredibili concursu Italię, legem comitiis centuriatis esse placitam. Inde a Brundusinis honestissime ornatus, iter ita feci, ut vndique ad me cum gratulatione legati conuenerint. Ad urbem ita veni, ut nemo vilius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam non venerit, propter eos inimicos, quibus id ipsum se inimicos esse, non liceret aut dissimulare, aut negare. Cum venissem ad portam Capenam, gradus temporis ab infima plebe completi erant: a qua plausu maximo, cum esset mihi gratulatio significata, similis & frequentia, & plausus me usque ad Capitolium celebrauit. In foro, & in ipso Capitolio, miranda multitudo fuit. Postridie in Senatu, qui fuit dies Non. Septemb. Senatui gratias egimus. Eo bido, cum esset annonæ summa caritas, & homines ad Theatrum primo, deinde ad Senatum concurrissent impulsu Clodii, mea opa frumenti inopiã esse clamaret, cum per eos dies Senatus de annonâ haberet, & ad eius procuracionem sermone non solum plebis, verum etiam bonorum Pompeius vocaret, idque ipse cuperet, multitudoque a me nominatim, ut id decerneret, postularet: feci, & accurate sententiam dixi, cum abessent consulares, quod tuto se negarent posse sententiam dicere, propter Messalam, & Ceranum. Factum est S. C. in mea sententia, ut cum Pompeio ageret, ut eam rem susciperet, lexque ferret. Quo S. C. recitato, cum populus more hoc insueto, & nouo plausu meo nocte in recitando dedisset, habui concionem. omnes magistratus presentes, propter unum Prætoris & duos tribunos plebis, nomen dederunt. Postridie Senatus frequens, & omnes consulares nil Pompeio postulati negarunt. Ille legatos quindecim cum postularet, me principem nominauit, & ad omnia me alterum se fore dixit. Legem Coss. conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentarię, toto orbe terrarum daret. Alteram Messalam, isque omnis dat pecunię potestatem, & adiuxit classem, & exercitum, & maius imperium in prouinciis, quam sit eorum, qui eas obtineant. Illa nostra lex consularis nunc modesta videtur: hæc Messalę non ferenda. Pompeius illam se velle dicit: familiares hæc. Consulares duce Fauonio fremunt. Nos tacemus, & eo magis, quod de domo nostra nihil adhuc Pontifices responderunt: qui si sustulerint religionem, aream præclaram habebimus, superficiem Coss. ex S. C. æstimabunt. sin aliter, demolientur, & suo nocte locabunt. rem totam æstimabunt. Ita sunt res nostrę, ut in secundis, fluxe: ut in aduersis, bone. In re familiari valde sumus, ut scis, perturbati. Præterea sunt quedam domestica, quę literis non committo. Q. fratrem insigni pietate, virtute, fide præditum sic amo, ut debeo. Te expecto, & oro, ut matures venire, eoque animo venias, ut me tuo consilio egere non finas. Alterius vitæ quoddam initium ordimur. nam quidam, qui nos absentes defenderunt, incipiunt presentibus occulte irasci, aperte inuidere, vehementer te requirimus. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



forte rarius tibi a me, quam a cæteris, literę redduntur, peto a te, ut id non modo non negligentiam meam, sed ne occupationi quidem tribuas: quæ etsi summa est, tamen nulla esse potest tanta, ut interrumpat iter amoris nostri, & officii mei. Nam, ut veni Romam, iterum nunc sum certior factus, cui darem literas. itaque has literas alteras dedi. Prioribus tibi declarauim, aduentus noster qualis fuisset, & quis esset status, atque omnes res nostrę quemadmodum essent, ut in secundis, fluxe: ut in aduersis, bone. Post illas datas literas, secuta est summa contentio de domo. Diximus apud pontifices prid. Cal. Octob. acta res est accurate a nobis: & si vniquam in dicendo fuimus aliquid, aut etiam si vniquam alias fuimus, tum profecto doloris magnitudo vim quadam nobis dicendi dedit. Itaque oratio habet, ut in nostrę fortunę casu, quod debere non potest: quæ tibi, etiam si non desideras, tamen mittam cito. Cum pontifices decreuissent ita, si neque populi iussu neque plebiscitis, qui se dedicasse diceret, nominatim ei rei præfectus esset, neque populi iussu, aut plebiscitis id facere iussus esset, videri posse sine religione iam partem areę mihi restitui: mihi facta statim est gratulatio. Nemo enim dubitat, quin domus esset nobis adiudicata. Tum subito ille in concione ascendit, quæ Appius ei dedit: nunciat iam populo Pontifices secundum se decreuisse, me autem vi conari in possessionem venire, hortatur, ut se, & Appium sequatur, & suam libertatem defendant. Hic cum etiam illi infirmi partim admirarentur, partim iriderent hominis amentiam, ego statueram illuc non accedere, nisi cum Coss. ex S. C. porticum Catuli restituendam locassent. Cal. Octob. habet Senatus frequens, adhibent omnes Pontifices, qui erant Senatores: a quibus Marcellinus, qui erat cupidissimus mei, sententiam primum rogatus, quæ fuit quod essent in decernendo secuti. Tum Lucullus de omnium Collegarum sententia respondit, reli-

Oratio pro  
domo.

Pontifices  
senatores.  
Pontifices  
religionis  
iudices.

gionis  
Senatu  
stram  
Sed tr  
fieret  
ambo  
stitui, p  
fer facta  
& Corni  
sibi post  
te conce  
dam loca  
perficiē a  
lanam vi  
non mod  
fuit: Dicit  
est id. nan  
tu quidē i  
tur. Tu m  
niam acta  
ita sum pa  
rum pxim  
Fanorū, ac  
potestatem  
me oprimo  
domestica  
Formianū,  
facile careo  
fisti tu ab  
essem omni  
tant, MUSTI



batur, & ad  
nostra, deind  
mitu, non dicit  
post hunc ve  
bertatis ost  
sam, sed tñ ca  
defendere. Po  
liū retinet. Sen  
difficiliore, q  
rē, insecutus e  
in vestibulum  
di potuit. Sed  
cium, sed ad su  
Milonis domū  
vt palam hora  
domū P. Sullę

gionis iudices Pontiffes fuisse, legis Senatum: se & collegas suos de religione statuisse, in Senatu de lege statutos. Quisq; horū loco sententiam rogat, multa secundū causam nostram disputavit. Cū ad Clodium ventum est, cupiit diem consumere, neq; ei finis est factus. Sed tñ cum horas fere treis dixisset, odio, & strepitu Senatus, coact⁹ est aliqñ perorare. Cum fieret S.C. in sententiā Marcellini, omnib⁹ pter vnū assentientibus, Serrani intercessiōe, statim ambo Coss. referre cœperūt. Cū sententiā grauissimē dicerent, Senatū placere mihi domū restitui, porticum Catuli locari, auctoritatē ordinis ab omnib⁹ magistratib⁹ defendi: si qua ei esset facta vls, Senatū existimaturū eius opera factū esse, q S.C. intercessisset: Serranus primū & Cornicinus ad suā veterē fabulā rediit, abiecta toga se ad generi pedes abiicit: ille noctem sibi postulauit, non concedebant. Reminiscabantur enim Cal. Ian. vix tñ sibi de mea voluntate concessum est. Postridie S.C. factū est id qd ad te misi. Deinde Coss. porticū Catuli restituēdam locarūt, illam porticū redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnib⁹. Nobis suā perficiē aediū Coss. de cōsiliū sententiā estimarūt HS. vicies, cetera in re valde liberaliter. Tusculanam villam quingētis millibus, Formianum HS. ducētis quinquaginta millib⁹, q estimatio non modo vehemēter ab optimo quoq; sed etiā a plebe reprehendit. Dices, quid igit causa fuit? Dicūt illi quidem, pudorē meū, q neq; negarim, neq; vehementius postularim. sed non est id, nam hoc quidē etiam pfuisset, verū iudem mi T. Pomponi, iudem inquam illi, quos ne tu quidē ignoras, qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci: sed vt spero, iā renascūtur. Tu modo ad nos veni, qd vereor ne tardi⁹ interuētū Varronis tui, nostriq; facias. Quoniam acta quæ sint habes, de reliqua nostra cogitatione cognosce. Ego me a Pompeio legari ita sum passus, vt nulla re impediret, qn, nisi vellem, mihi esset integrum, aut si comitia Censorum pximi Coss. haberent, vt petere possem, aut votiua legationem susciperem prope oīum Fanorū, ac sacrorū locorū. Sic enim nostræ rōnes, vt utilitates meæ postulabant. Sed volui meā potestatem esse vel petendi, vel ineunte astate exeundi: & interea me esse in oculis ciuū de me optime meritoq; non alienum putavi. Forensium quidem rerū hæc nostra consilia sunt, domesticarum aut valde impedita, domus aedificatur, scis quo sumptu, qua molestia reficiat Formianū, qd ego nec relinquere possum, nec videre. Tusculanum proscripti. Suburbano nō facile careo. Amicorū benignitas exhausta est in ea re, quæ nihil habuit pter dedecus, qd sensisti tu absens, p̄sentes: quorū studiis ego, & copiis, si esset per meos defensores licitum, facile essem omnia consecutus, quo in genere nunc vehementer laboratur. Cetera quæ me sollicitant, *μυσικώτῳ* sunt. Amamur a fratre: & a filia expectamur. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Vere te certe scio, tū scire quid hic agat, tum a me scire: non quo certiora sint ea, q in oculis omnium gerunt, si a me scribant, q cū ab aliis tibi aut scribant, aut nuncient: sed vt verū perspicias ex meis literis, quo modo ea ferā, q gerunt, & qui sit hoc tēpore aut mentis meę sensus, aut omnino vitę status. Armatis hominibus ante diem tertiu No. Nouēb. expulsi sunt fabri de area nostra. Disturbata porticus Catuli, quæ ex S.C. Coss. locatione reficiebatur, & ad tectū pene peruenerat. Quinti fratris domus primo fracta cōiectu lapidū ex area nostra, deinde inflammata, iussu Clodii, inspectante vrbe, cōiectis ignibus, magna qrela, & gemitu, nō dicā bonorū, qui nescio an vlli sint, sed plane hominū omnium. Ille vehemens furere: post hunc vero furorē nil nisi cēdē inimicorū cogitare: vicatim ambire, seruis aperte spem liberratis ostēdere. Etem antea, cū iudiciū nolebat, habebat ille quidē difficilē, manifestaq; causam, sed tñ causā: id poterat inficiari, poterat i alios deriuare, poterat etiā aliquid iure factū defendere. Post has ruinas, icēdia, rapinas, desert⁹ a suis, vix iā Decimū designatorē, vix Gelliu retinet. Seruorū cōsiliis vt it. videt, si omneis, quos vult, palā occiderit, nihilo suā causam difficiliorē, q adhuc sit, in iudicio futurā. Itaq; ante diē tertiu Id. Nouēb. cū sacra via discederē, insecutus est me cū suis, clamor, lapides, fustes, gladii, & hæc improuisa omnia. discessim⁹ in vestibulum M. Terii Damionis: qui erāt mecū facile operas aditu prohibuerūt, ipse occidit potuit. Sed ego diēta curari incipio, cheirurgię tēdet. Ille, omnium vocib⁹ cū se non ad iudicium, sed ad suppliciū p̄sens trudi videret, omneis Catilinas, Siciuosq; postea reddidit. Nam Milonis domū meaq; in Ceramio pridie Id. Nouēb. expugnare, & incendere ita conat⁹ est, vt palam hora quinta cum scutis hoies eductis gladiis, alios cū accēsis facib⁹ adduxerit. Ipse domū P. Sulle p castris sibi ad eā impugnationē sumpserat. Tum ex Anniana Milonis domo

Porticus  
Catuli.

Pennas in  
ciderāt, no  
lūt renasci.

Votiua le  
gatio.

Auere.

Aediū Q.  
Cice.  
demolitio.  
Vicatim  
ambire.

Diēta cura  
ri: puerb.

Sullæ nunc  
Syllē.

## Epistol. ad T. P. Atticum

Quintus Flaccus eduxit viros acris, occiditq; hoies ex omni latrocínio Clodiano notissimos. ipsum cupiuit, sed ille se in interiorem partē adiu abdidit. Sulla in Senatu postridie Id. Nouēb. venit. domi Clodius, egregi<sup>9</sup> Marcellinus, oēs acres. Merellus calumniā dicēdi tēpus exemīt, adiuuāte Oppio, etiam Hercule familiari tuo, de cuius cōstātia, & virtute verissimae literae Sestii fuere. Ille postea, si comitia sua nō fierent, vrbi minari. Proposita Marcellini sentētia, quā ille de scripto ita dixerat, vt totā nostrā causam aree, incendiō, periculū mei, in eo iudicio cōplecteret, eaq; oīa comitiis anteferet: proscrispsit se p omneis dies comitiales de celo seruaturū. Cōciones turbulētā Metelli, temerariē Appii, furiosissimē Publii. Hęc tñ sūma, nisi Miloni C. Appius obnūciasset, comitia futura ante diē. XII. Calē. Decemb. Milo mediā nocte cū magna manu in cāpum venit. Clodi<sup>9</sup> cum haberet fugitiuorum delectas copias, in campū ire nō est ausus. Milo permansit ad meridiē, mirifica hominum lātitiā, summa cū gloria. Contētio fratrū triū turpis, fracta vis, cōtēptus furor. Metellus tñ postulat, vt sibi postero diē in foro obnūciēt: nihil esse, q; in cāpum nocte veniret, se hora prima in comitio fore. Itaq; ante diē. XI. Cal. Ianu. in comitiū Milo de nocte venit: etiā Metellus cū prima luce furim in cāpum itineribus ppe deuis currebat. Assequit inter lucos hominē Milo, obnūciat: ille se recipit magno, turpiq; Q. Flacci cōuitio. Ante diē. X. Cal. nūdinā, cōcio bīduo nulla ante diē. VIII. Calē. Hęc ego scribebā hora noctis nona. Milo iā cāpum tenebat. Marcellus Cādidatus ita stertebat, vt ego vicinus audirē. Clodiū vestibulum vacuum sane mihi nunciabatur. pauci pannosi sine laterna. nā eo cōscio oīa illi fieri qrebant, ignari quātum in illo heroe esset animi, quātū etiā cōsiliū. mirāda virtus est. noua quēdā diuina mitto. Sed hęc sūma est, comitia fore nō arbitror. Publiū reū, nisi ante occisus erit a Milone, fore puto: si se ituro Lanuuiū in via obtulerit, occisum iri iā ab ipso Milone video: nō dubitat facere, ppe se fert, casum illum nostrum non extimescit. nunq; enim cuiusq; inuidi, & perfidi cōsilio est vsus, nec inertī nobili crediturus. Nos animo dūtaxat vigemus, etiā magis, q; cum florebamur: re familiari comminuti sumus. Q. fratris tamen liberalitatī pro facultatibus nostris, ne omnino exhaustus essem, illo recusante subsidiis amicorum respondemus. Quid cōsiliū de omni nostro statu capiamus te absente nescimus. Quare appropera, & Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

**E**riucundus mihi Cincius fuit ante diem tertium Calē. Feb. ante lucē. Dixit enim mihi te esse in Italia, seseq; ad te pueros mittere, quos sine meis literis ire nolui. nō quo haberē qd tibi, presertim iam ppe praesenti, scriberē, sed vt hoc ipsum significarē, mihi aduentū tuū suauissimum, expectatissimūq; eē. Quare aduola ad nos, eo aīo vt nos ames, & te amari scias. Caetera coram agemus. hęc properantes scripsimus. Quo diē venies, utiq; cum tuis apud me sis: perbelle feceris, si ad nos veneris, offendes designationem Tyrānionis, mirificā librorum meorum bibliothecam, quorum reliquiae multo meliores sunt, q; putaram. Et iā velim mihi mittas de tuis librariolis duos aliquos, quibus Tyrannio vras glutinatoribus, ad hoc caetera administras, iūsq; imperes, vt sumant membranulā, ex qua indices fiant, quos vos graeci (vt opinor) *συντάβους* appellatis. Sed hęc, si tibi commodū erit, ipse vero utiq; fac venias, si potes in his locis adhārescere, & Pyliam adducere. Ira enim & equum est, & cupit Tullia. Mediusfidius nā tu emisisti locum praclarum. Gladiatores audio pugnare mirifice: si locare voluisses, duobus his muneribus liberaffes. sed hęc posterius. Tu fac venias, & de librariis, si me amas, diligenter aduerte.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

**N** tu me existimas ab villo malle mea legi, pbariq; q; a te: cur igit cuiq; misi prius: vrgebar ab eo, ad quē misi, & nō habebā exēplar. Quid etiā: dudū em circūrodo, qd deuorādū est, subturpicula mihi videbat esse *παλινοδία*. Sed valeāt recta, vera, honesta cōsilia. Non est credibile, q; sit pfidia in istis principibus, vt volunt esse, & vt essent, si quicq; haberēt fidei. Senferam, noram, inductus, relict<sup>9</sup>, proiectus ab iis: tñ hoc erat in aīo, vt cū iis in rep. consensitire. iidē erāt, qui fuerāt. Vix aliqñ te auctore respiciui. Dices ea te monuisse, suasse, q; fecerā, num etiā vt scriberē? Ego mehercule mihi necessitatē nolui imponere huius nouae coniunctionis, neq; mihi licet labi ad eos, qui etiā tum, cū misereri mei debēt, non desinūt inuidere. Sed tñ modici fuimus *ἀνεπίφοβοι*, vt scripsim<sup>9</sup>: vberiores, si & ille libēter accipiet, nec ii sub

Obnūciari.

Milo.  
Stertebat.  
Pannosi sine laterna.

Glutinatores.  
Indices.  
Syllabi.

Subturpicula Palinodia.

rogent  
qui do  
bus sen  
quom  
mur. D  
me ip  
mihi va  
us ad te  
struction



nullam ha  
qd oport  
esse debeo  
Quid si ce  
go erimus  
per paruis  
possum, &  
his locis o  
bro ad me  
su enim te  
sed ille, vt  
alia incidi  
stulte illi  
scripsero:  
quid scrip  
stolam, Iu  
q; vt app  
ad poteris,



tū fecit nō  
cautior. M  
est incredib  
rū Ciceronē



re mirifica op  
misti libros,

rogentur, qui villā me moleste ferunt habere, quę Catuli fuerat, aut etiā emisse nō cogitant: qui domū negant oportuisse me edificare, vendere aiunt oportuisse. Sed qd ad hoc sed quibus sententiis dixi, qd & ipsi probarēt, latari sunt tñ me cōtra Pompeii volūtatē dixisse. Sed quoniam qui nihil possunt, ii me nolunt amare, demus operam, vt ab iis, qui possunt, diligamur. Dices, vellem iam pridē. scio te voluisse, & me. ast nugigerā manū fuisse. Iā tempus est me ipsum a me amari, quando ab illis nullo modo possum. Domū meā, q̄ crebro inuisis, est mihi valde gratū. Viaticum Crassipes præripit, tu de via recta in hortos. videtur commodius ad te, postridie scilicet. quid enim tua: sed viderimus. Bibliothecam mihi tui pinxerūt cōstructione: & si scribis, eos velim laudes. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

**D**E Lentulo scilicet sic fero, vt debeo. virum bonum, & magnum hominem, & in summa magnitudine animi multa humanitate tēperatū perdidimus, nosq; malo solatio, sed non multo tamen cōsolamur, q̄ ipsius vicem minime dolemus, nō vt Saufeius, & vestri mehercule: quia sic amabat patriam, vt mihi aliquo deorū beneficio videat ex eius incendio esse ereptus. Nā qd cædus nostra vita: præcipue mea: Nā tu quidē, etsi es natura *καλὸς*, tñ nullam habes propriam virtutem, communis fueris nonne? Ego vero, qui si loquor de re, qd oportet, infans: si qd opus est, feruus existimor: si taceo, oppressus, & captus: quo dolore esse debeo? quo sum scilicet: hoc etiā acriore, q̄ dolere qdē possū, vt nō in te ingratus videar. Quid si cessare libet, & in otii portū cōfugere: nequicq; immo etiā in bellum, & in castra. Ergo erimus *δπλαῖται*, qui togati esse volumus: sic faciūdum est. Tibi enim ipsi, cui vtinam semper paruissim, sic video placere. Reliqua est, *ἀσάπτων ἑλαχέων, τάντων κόσμη*. non mehercule possum, & Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. Verū tamen id ipsum mecū in his locis cōmentor, vt ista improbem: idq; tu, cum vna erimus, confirmabis. A te literas crebro ad me scribi video, sed oēs vno tempore accepi. Quæ res etiam auxit dolorem meū. Casu enim tēternas ante legeram, quib; melius Lentulo esse scriptum erat. ecce quartæ fulmen. sed ille, vt scripsi, non miser, nos vero ferrei. Q; me admones, vt scribam illa Hortensiana, in alia incidi non immemor istius mandati tui, sed mehercule incipiendo refugii, ne q̄ videor stulte illius amici non intemperiem tulisse, rursus stulte iniuriam illius faciam illustrē, si qd scripsero: & simul ne *βαδύτης* mea, quæ in agendo apparuit, in scribendo sit occultior, & aliquid satisfactio leuitatis habere videat, sed viderim. Tu modo q̄ sapissime ad me aliqd. Epistolam, Luceio quā misi, qua res meas vt scribat rogo, fac vt ab eo sumas: valde bella est: eum q̄, vt appropere, adhorteris, & q̄ mihi se ita facturū rescripsit, agas grās. Domū nrām, quo ad poteris, iuifas. Vestorio aliqd significes. valde. n. est i me liberalis, nihil *ευκαίροτορον*. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

**P**istola tua me sollicitū de Q. nostro, puero optimo, valde leuauit. Venerat horis duab; ante Cherippus, mera mōstra nūciarat. De Apollonio qd scribis, illi Dii sint irati, homini græco, qui cōturbare quidē putat sibi licere, qd equitibus Rō. nā Terentius suo iure de Metello, *ἦκε σὺ φθιμύλοισι*, sed tñ multis annis ciuis nemo erat mortuus. Quid quidē tibi nummi? meo periculo sint. Quid enim vereris quencunq; hæredem fecit: nisi Publiū fecit. verū fecit nō improbe, q̄ fuit ipse. Quare in hoc Thecam nūmariā nō retexeris, in aliis eris cautiōr. Mea mādata de domo curabis, p̄sidia locabis, Milonē admonebis. Arpinatū fremitus est incredibilis. De Laterio quid queris? Eqdē dolui *ὅδε οὐκ ἐστὶ μὴδῶ*. Qd superest, etiā puerū Ciceronē curabis, & amabis, vt facis. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

**V**ita me in ep̄la tua delectarūt, sed nihil magis, q̄ patina Tyrotarichi. cenā paraui Disculo. Qd scribis, *μηπω μέγα εἶπησ, πρὶν τελείωσις ἀνδράσ, & ἐδificati* tibi in agris nihil reperio. In oppido est quiddā, de quo est dubiū, sit ne venale, ac pximū nostris ædib;. Hoc scito, Antiū Buthrotū esse Romę, vt Corey re illud tuū: nihil quietius est, nihil falsius, nihil amœni. Postea vero q̄ Tyranio mihi libros disposuit, mēsa addita videt meis ædibus. Qua quidē in te mirifica opera Dionysii, & Menophili tui fuit. Nihil venustius, q̄ illa tua pagmata, postq̄ misisti libros, illustrarunt valde. Et scribas ad me velim de gladiatorib;, sed ita bene si re ge

Ast. Nugigera manus.

Vicē dole.

Trinas. Quartę fulmen.

Apollonio dii sint irati.

Theca nūmariā.

Pagmata.

# Epistol. ad T. P. Atticum

tunt, nō quæro male sic egisse. Apenas vix discesserat cū epistola. quid ais: putas ne fore, vt legem nō ferat: dic oro te clarius. vix enim mihi exaudisse videor. verū statim fac, vt sciam, modo est commodū. Ludis quidem quoniam dies est addit⁹, eo etiam melius hic eum diem cū Dionysio conteremus. De Trebonio prorsus tibi assentior. De Domitio *οὐδὲν ὄντως ἄμωστῆσαι ἢ ἢν εἰδῶλον, ἣ est ista πρῆσις αἰετῆς* nostra, vel qđ dabis dein, vel qđ præter opinionem, vel qđ viri boni nusq̄ vnum dissimile, qđ huic merito. Nā de ipso casu nescio an illud meli⁹. Quid enim hoc miserius, q̄ eum, qui tot annos, quot habet, Des. Cos. fuerit, fieri Cos. non posse: præsertim, cum aut solus, aut certe non plus, q̄ cum altero petat. Si vero id est, qđ nescio an sit, vt non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum Cos. paginulas habeat, q̄ factorum, quid illo miserius: nisi respu. in qua nec speratur quidem melius qcq̄. De Natta ex tuis primum sciai literis, oderam hominem. De poemate qđ queris, quid si cupiat effugere: quid si finat: De Fabio Lusco qđ erā exorsus, homo peramās semp nostri fuit, nec mihi vnq̄ odio. satis enim acutus, & pmodestus, ac bene frugi. Eum quia non videbam, abesse putabam. Audiui ex Gauio hoc Firmano, Romæ esse hominē, & fuisse assiduū: percussit animū. Dices tantula nec cā: Permulta ad me detulerat nō dubia de Firmanis fratribus, qđ sit qđ se a me remouit si mō remouit, ignoro. De eo qđ me mones, vt & me gerā *πρὸς τὸν ἄνδρα*, & in eo *καταμύσει* te neā, ita faciam, sed opus est maiore prudentia, quā a te, vt soleo, petā. Tu velim et Fabium, si quem habes aditū, odorere, & istū cōuiuā tuum degustes, & ad me de istis rebus, & omnib⁹ quotidie scribas. Vbi nihil erit qđ scribas, id ipsum scribito. Cura vt valeas.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Ane velim scire num cēsū impēdant Tribuni dieb⁹ iniitiadis. (hic em̄ est rumor) totaq̄ de censura qđ agant, quid cogitent. Nos hic cum Pōpeio sumus, multa mecū de repub. sane sibi displicens, vt loquebat. (sic est enim in hoc homine dicendū) Syriā spernēs, Hispaniam iactans. hic quoq̄ vt loquebat, & opinor vsquequaq̄. De hoc cū dicem⁹, sit hoc quasi *καὶ τὸ δὲ φωνήσῃ σου*. Tibi etiā gratias agebat, qđ signa cōponēda suscepisses. In nos vero sua uissime hercule ē effusus. Venit etiā ad me in Cumanū, ac se nihil min⁹ velle mihi visus est, qđ Messalā cōsulatū petere. de quo ipso si qđ scis, velim scire. Q. Luceio scribis te nostrā gloriā cōmēdatūrū, & edificiu nostrū, qđ crebro iuisis, gratū. Q. Frater ad me scripsit se, qm̄ Ciceronē suauissimū secū haberet, ad te No. Maii vērurū. Ego me de Cumano moui ante diē V. Cal. Maii. eo die Neapolim apud Letum veni ante diem. III. Cal. Maii. iens in Pompeianū bene mane hæc scripsi. Puteolis magnus est rumor Ptolemēum esse in regno. Si quid habes certi⁹, velim scire. Ego hic pascor bibliotheca Faustī. fortasse tu putabas his reb⁹ Puteolanis & Lucrinensib⁹. ne ista qđ defunt, sed mehercule a cæteris oblectatiōib⁹ deseror, & voluptatibus propter temp. Sic literis sustētor, & recreor: maloq̄ in illa tua sedecula, quā habes sub imagine Aristotelis sedere, q̄ in istoꝝ Sella curuli, tecūq̄ apud te ambulare, q̄ cū eo, quocū video esse ambulādū. Sed de illa ambulationē fors viderit, aut si quis est q̄ curet Deus. Nostrā ambulationē, & Laconicū, eaq̄ q̄ circa sint, velim, cū poteris, iuisas, & vrgeas Philotimū, vt pperet, vt possim tibi aliqd in eo genere respōdere. Pōpeius in Cumanū Parilibus venit: misit ad me statim, qui salutē nūciaret. Ad eū postridie mane vadebā, cum hæc scripsi. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Electauerūt me epistolę tuę, quas accepi vno tēpore duas ante diē. V. Cal. vrge reliqua: gestio scire ista omnia. etiā illud cuiusmodi sit, velim perspicias, si potes a Demetrio. Dixit mihi Pōpeius Crassum a se in Albano expectari ante diē quartū Cal. is cū venisset, Romā & illū & se statim vēturos, vt rationes cū publicanis putarēt. Quasiui, gladiatorib⁹ ne respōdit ante, qđ inducerent. Id cuiusmodi sit, aut si nūc scias, aut cū is Romā venerit, ad me mittas velim. Nos hic voramus literas cū homine mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio, qui te, omnesq̄ vos salutat. *οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πᾶν εἰδέναι*. Quare, vt homini curioso, ita pscribe ad me, quid primus dies, quid secūdus, qđ Cēsores, quid Appius, quid illa populī Apuleia. Deniq̄ etiā quid a te fiat ad me velim scribas. Non enim (vt vere loquamur) ram rebus nouis, q̄ tuis literis delector. Ego mecū pter Dionysiu duxi neminē, nec metuo tamē ne mihi sermo desit abs te, quo magnope delector. Tu Luceio nostrū librum dabis. Demetriū Magneris tibi mitto, statim vt sit, qui a te mihi epistolam referat. Vale.

Cōsul def.

Paginulæ.

Gaius.

Odorari Fabium.

Iens in Pōpeianum.

Sedecula.

Laconicum

Voramus literas.

dem S. C. bo. Dom

ferant. H. mihi sunt q̄ olim eorū factū te rogo,

re, & si quid hīl habebit visa est. M. fas. Diony

uissimis abe rabit. Sed v nunc quide tempus con bis accipere pta omnia. f arbitror. Ge nisi de quo e til. Suffennas tas ambitū, patremfamil cōdemnauer mouerat. Or la, quæ nunc ra duxerūt, v

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.



Gnatus Romae est, sed ego cum eo de re Alimeti vehementer ante egi, gra- uiter se acturum cum Aquilio confirmavit. Videbis ergo hominem, si vo- les. Macroni vix videor praesto esse. Idibus enim auctionem Larini video, & biduum praeterea. id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mihi ve- lim. Sed, si me diligis, postridie Cal. coena apud me cum Pilia, prorsus id fa- cies. Cal. cogito in hortis Crassipedis, quasi in diuersorio coenare. Facio frau- dem S.C. Inde domum coenatus, ut sim mane praesto Miloni. Ibi te igitur videbo, & promoue- bo. Domus te tota nostra salutat. Vale.

Vt sim pre- sto Miloni.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.



Os in Tusculanum venisse ad. XVII. Cal. Decemb. video te scire. ibi Dionysii nobis praesto fuit. Romae ad. VIII. Cal. volumus esse, quod dico volumus? immo vero cogimur. Milonis nuptiae, nonnulla Comitiarum opinio est. Ergo ut sit rata, abfuisse me in altercationibus, quas in Senatu factas audio, fero non moleste. Nam aut defendissem, quod non placeret, aut defuissem, cui non oportere- ret. Sed mehercule velim resistas, & praesentem statum reip. a quo a. i. o. Coss. ferant. Hec *οχλον* rescribas ad me quantum potes, & vales, sum *δεύπρωος*. Et si queris, omnia mihi sunt suspecta. Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum, quod olim aequalem eius L. Paulum. Item T. iterum Coss. O hominem nequam. De libris orato- ris factum est a me diligenter, diu, multumque in manibus fuerunt, describas licet. Illud etiam te rogo, *τιω παρῶσαν κατάσασιν τύπω δός*, ne istuc hospes veniam. Vale.

Paludatus, Libri de oratore.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.



Estorius noster me per literas facit certior, te Roma ad. VIII. Maii putari profectum esse tardius, quam dixerat, quod minus voluisses. Si iam melius vales, vehe- menter gaudeo. Velim domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non se- cus, ac si ipse adesles, cum ceteri, tum Varronis. Est enim mihi utendum quibusdam re- bus ex iis libris ad eos, quos in manibus habeo, quos, ut spero, tibi valde pro- babo. Velim si quid forte noui habes, maxime a Q. fratre, deinde a C. Cas- sare, & si quid de comitiis, de repu. forte (soles enim tu haec festine odorari) describas ad me. Si ni- hil habebis, tamen scribas aliquid. nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiua, aut loquax visa est. Maxime autem rogo, rebus tuis, totoque itinere ex sententia confecto, nos quamprimum reui- sas. Dionysium iube saluere. Cura ut valeas.

Odorari.

Saluere in- be.

M.T.CICERO.T.P.ATTICO.S.



E Eutychie gratum, qui vetere praenomine, nouo nomine T. erit Cecilius, ut est ex me, & ex te iunctus Dionysius, M. Pomponius. valde mehercule mi- hi gratum, si Eutychides tuam erga me beneuolentiam cognoscet, suam il- lam in meo dolore *συμπάθειω*, neque tum mihi obscuram, neque post ingrata fuisse. Iter Asiaticum tuum puto suscipiendum fuisse. Nunquam enim tu sine ius- tissima causa tam longe a tot tuis & hominibus, & rebus charissimis, & sua- tissimis abesse voluisses. Sed humanitatem tuam, amoremque in tuos, reditus celeritas decla- rabit. Sed vereor ne lepore suo detineat diutius Pr. Clodius, & homo pereruditus, ut aiunt, & nunc quidem deditus graecis literis, ac Pitaneis. Sed si vis homo esse, recipe te ad nos, ad quod tempus confirmasti: cum illis tum, cum salui venerint, Romae viuere licebit. Auere te scri- bis accipere aliquid a me literarum. Dedi, ac multis quidem de rebus *ημωρολογειον*, perscri- pta omnia. sed ut conicio, quoniam non mihi videris in Epeiro diu fuisse, redditas tibi non arbitror. Genus autem mearum ad te literarum eiusmodi forte est, ut non libeat cuiquam dare, nisi de quo exploratum sit tibi eum redditurum. Nunc Romanas accipe res. Ad. III. No. Quin- til. Suffennas & Cato absoluti, Porcilius condemnatus, ex quo intellectum est tres *αρεοπαγια- τας*, ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique rem, flocci non facere. Debemus patrem familias domi suae occidere nolle, neque tamen id ipsum abunde. Nam absoluerunt, XXII. condemnauerunt, XXVIII. Publius sane disertus epilogo criminatus, mentes iudicum com- mouerat. Otalus in ea causa fuit cuiusmodi solet, nos verbum nullum. Veritas est enim pusilla, quae nunc laborat, ne animum Publio offenderet. His rebus actis Reatinii me ad sua tempo- ra duxerunt, ut agere causam contra Interamnates apud Cos. & decem legatos, quod lacus Velinus

Litere grae- cae ac Pita- neae. Auere.

Areopagia- te. Interregnum

Interamna- tes.



XXV. Epistol. ad T. P. Atticum

Velin<sup>9</sup> lac.  
emissus.  
Nar.

a M. Curio emissus, q̄ interciso mōte in Nar defluit, ex quo est illa siccata, sed humida tamē, modice defluit in Cumanū. Quin etiā me ad septē aquas duxerunt. Rediī Romā Fōteī cau-  
sa, ad. VII. Id. Quintil. veni. Spectaculum primū magno, & aquabili plausu. Sed hoc ne cura-  
ris, ego ineptus, qui scripserim. Deinde Antiphōti operā miserat, ante manumissus, q̄ produ-  
ctus: ne diutius pendeas, palmā tulit. Sed nihil tā pusillū, nihil tā sine voce, nihil tā verū. hęc  
tu tecum habeto. In Andromacha tñ maior fuit, q̄ Astyanacte. Nā in ceteris parem habuit  
neminē. Queris nūc de Arbuscula, valde placuit. Ludi magnifici, & grati. Venatō in aliud  
tempus dilata. Sequere nūc me in campum, ardet ambitus, fœnus ex Triente Id. Quintil. fa-  
ctum erat Bessibus. Dices istū quidē non moleste fero. O virū, O ciuē Memmiū. Cæsaris oēs  
opes cōfirmat. Cū eo Domitiū Coss. iunxerūt: qua pactiōne, epistolā committere non audeo.  
Pomprius fremit, querit, Scauro studet: sed vtrū frōre, an mente, dubitat. <sup>ἐξοχῆ</sup> in nullo est: pe-  
cunia, omniū dignitatē exequat. Messala lāquet, nō quo aiūs desit, aut amicis careat, sed comi-  
tio Cos. & Pōpius absunt. Ex comitiatis puto fore, vt ducant Tribunitii. Cādidi iurarūt  
se arbitrio Catonis petituros. Apud eū HS. quingena deposuerūt, vt qui a Catone damnat<sup>9</sup>  
esset, id pderet, & cōpetitorib<sup>9</sup> tribuere. Hęc ego pridie scribebā, q̄ comitia fore putabantur.  
Sed ad te. V. Cal. Sextil. si facta erūt, & tabellarius nō erit pfect<sup>9</sup>, tota comitia perscribā. Que-  
si, vt putant, gratuita fuerint, plus vnus Cato poterit, q̄ omnes quidē iudices. Mess<sup>9</sup> defende-  
bat a nobis, sed de legatiōe reuocatus, nā eū Cæsari legarat Appius. Seruilius edixit, vt adesa-  
set tribus. habet Pōrinā villā. Matia pugnat acriter, agit tñ satis. Deinde me expedito, ad Dru-  
sum, inde ad Scaurū, parant orationib<sup>9</sup> iudices gloriosi. Fortasse accedet etiā Cos. Des. in q̄  
bus si Scaurus nō fuerit, in hoc iudicio valde laborabit. Ex Q. fratris literis suspicor iā eū  
esse in Britānia. Suspēso aīo expecto qd agat. Illud qdē sum<sup>9</sup> adepti, qd multis, & magnis in-  
diciis possum<sup>9</sup> iudicare, nos Cæsari, & charissimos, & iucūditissimos esse. Dionysium velim sal-  
uere iubeas, & eum roges, vt te hortetur q̄ primum venias, vt possit Ciceronem meum, atq̄  
etiā me ipsum erudire. Vale. M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.

Librarius.



Occupationū mearū vel hoc signū erit, q̄ epistola librarii manu est. De epi-  
stolarū frequētia te nihil accuso, sed pleriq̄ tātūmodo mihi nūciabant vbi  
esses, qd erat abs te, vel etiā significabāt recte esse, quo i genere maxime de-  
lectarūt duę fere eodē tēpore abs te Bruto datę. Scire. n. volebā te cōmode  
nauigasse. Sed hęc epistolarū frequētia, nō tā vbertate sua, q̄ celeritate dele-  
ctauit: illa fuit grauis, & plena rerū, quā mihi M. Paccius hospes tuus red-  
didit. Ad eā rescribā igit<sup>9</sup>, & hoc qdē primū. Paccio Romę, & verbis, & re ostēdi, qd tua com-  
mēdatio pōderis haberet. Itaq̄ in intīmis est meis, cū antea not<sup>9</sup> nō fuisset. Nūc pgā ad cate-  
ra. Varro, de quo ad me scribis, inducet in aliquē locū, si mō erit locus, sed nosti gen<sup>9</sup> dialo-  
gorū meorū, vt in oratoriis, quos tu i cālū fers, nō mētio potuit fieri cuiusq̄ ab iis, qui dispu-  
tant, nisi ei<sup>9</sup>, q̄ illis not<sup>9</sup>, aut audit<sup>9</sup> esset. Hęc ego de rep. quā institui disputationē, in Aphri-  
cani psonā, & Philī, & Peti, & Maniliī cōtuli, adiūxi adolescētēis, Q. Tuberonē, P. Rutiliū, du-  
os Leliī generos, Scauolā, & Fanniū. Itaq̄ cogitabā, qm̄ in singulis libris vtor proēmii, vt  
Aristoteles in his, quos <sup>ἐξωπερικουῆς</sup> vocat, aliqd efficere, vt nū sine causa istū appellarē. Id qd  
intelligo tibi placere, vrinā mō conata efficere possim. Rem. n. (qd te nō fugit) magnā cōple-  
xus sum, & graue, & plurimū otii, quo ego maxime egeo. Q̄ in his oratoriis libris, quos lau-  
das, psonā desideras Sceuolę, nō eā temere dimoui, sed feci idē, qd in <sup>καλλιτεία</sup> Deus ille no-  
ster Plato: cū in Piręū Socrates venisset ad Cephalū locupletē, & festiuū senē, quoad primus  
sermo ille haberet, adest in disputādo senex, deinde, cū ipse quoq̄ cōmodissime locut<sup>9</sup> esset,  
ad rē diuinā dicit se velle discedere, neq̄ postea reuertit. Credo Platonē vix putasse satis con-  
sonum fore, si hominē id etatis in tā lōgo sermone diutius retinuisset. Multo ego sati<sup>9</sup> hoc  
mihi cauedū putauī in Sceuola, q̄ & etate, & valetudine ea, qua esse meministi, & iis honorī-  
bus, vt vix satis decox̄ videre ē plureis dies eē in Crassi Tusculano. Et erat primi libri ser-  
mo, nō alien<sup>9</sup> a Sceuolę studiis, reliq̄ libri <sup>τεχνολογίων</sup> habēt, vt scis. Huic ioculatorię disputa-  
tiōi senē illū, vt noras, interesse sane nolui. De re filię qd scribis, erit mihi curę. Eteñ est lucu-  
lęra res. Aureliā, vt scribis, iudiciis, & in eo me etiā Tullia meę vēdicabo. Vestorio nō desū.  
Gratū. n. tibi id esse intelligo, & vt ille intelligat, curo. Sed scis, qui cū habeat duos faciles, ni-  
hil difficili<sup>9</sup>. Nūc ad ea, q̄ gr̄is de C. Catone: lege Iunia, & Licinia scis absolutū: Fusiā ego tibi  
nūcio absolutūiri, neq̄ patronis suis tā libētib<sup>9</sup>, q̄ accusatorib<sup>9</sup>. Is tñ & mecū, & cū Milone i

In intīmis.  
Oratorii  
Dialogi.  
Disp. de re  
pub.  
Exoterici.  
De<sup>9</sup> Plato.  
Hoīem id  
etatis.  
Sceuola.  
Ioculato-  
riā disp.

grati  
more  
ciis fe  
Cesar  
hil gr  
ret. ab  
rū. Sec  
dicare  
Terent  
dera n  
ridicul  
res int  
fuerun  
solutus  
singulis  
mi suę  
cuparan  
multarū  
loqrent.  
men pu  
Cādidi  
rio, aut a  
quos stu  
vt gesser  
ad mihi  
torum in  
pei mira  
iudicia re  
le hercul  
guinem,  
escam. Id  
bernantib  
se, disrup  
statu dem  
dicēdi labo  
dor vnde c  
bus trahū  
bat olim, cō  
securitatem  
in terris est  
lus odor di  
didati cons  
ris esset, po  
quisq̄ dam  
M. Fulvius  
& tamen ab  
quē solidis p  
reus lesa ma  
uembr. triūph  
gant em latū  
affirmat se vi  
ne lege suo su  
teras, cōfecta  
Britānie, prin

gratiā rediit. Drusus reus est fact<sup>9</sup> a Lucretio, iudicib<sup>9</sup> reiciēdis. Ad. V. Non. Quē. de plio ru  
mores nō boni, sed indicia nosti. Hirus cū Domitio in gratia est. S. C. qd hic COSS. de puin  
ciis fecerūt, Quicūq; posthac. notū tibi, vt qd iā intelligebam<sup>9</sup>, denūciationē illā Mēmii valde  
Cesari displicere. Messala noster, & eius cōpētitor Domitius liberalis in populo valde fuit: ni  
hil gratius certe erat COSS. ac Senatui. Senatus decreuit, vt tacitū iudiciū ante comitia fie  
ret. ab his cōsiliis, q̄ erant omnibus sortita in singulos candidatos, magnus timor candidato  
rū. Sed quā dā iudices, in his Opimius Veieteranius Tri. pl. appellarūt, ne iniussu populū iu  
dicarent. rescidit. comitia dilata ex S. C. dum lex de tacito iudicio ferretur. Venit legi dies,  
Terentius intercessit. COSS. q̄ illud leui brachio egissent, rem ad Senatū detulerūt. Hic Ab  
dera non tacete me. Dices, tamen tu nō quiescis: ignosce, vix possum. Veruntamē quid tam  
ridiculū! Senatus decreuerat, ne prius comitia haberentur, q̄ lex lata esset: si q̄ intercessisset,  
res integra referret. Cœpta ferri leuiter. Intercessum nō inuitis, res ad Senatū. De ea re ita cō  
suerunt. Comitia primo quoq; tēpore haberi censere. Scaurus, qui erat paucis dieb<sup>9</sup> illis ab  
solutus, cū ego patrē eius ornatissime defendissem, obnūciationibus p̄ Sceuolā interpositis,  
singulis diebus vsq; ad prid. Cal. Octob. quo ego hęc descripsi, sublati, populo tributim do  
mi sue satiffecerat. Sed tamē, etsi vberior liberalitatis huiusce ratio esse videbat eorū, q̄ oc  
cuparant. superē vultū videre tuū, cū hęc legeres: nā p̄fecto rē non habes nullā, hęc negotia  
multarū nūdinarū fore. Sed Senat<sup>9</sup> hodie futurus fuerat, idest Cal. Octob. iā em̄ tibi Lucisci  
loqrent. Præter Antiū, & Fauoniū liber nemo. Nā Cato ægrotat, de me nihil rimueris, sed ta  
men p̄mitto nihil. Quid quis aliud? Iudicia credo, Drusus, & Scaurus nō fecisse vident. tres  
Cādidi fore rei putabant. Domitius a Mēmio, Messala a Q. Pōpeio Rufo, Scaurus a Tria  
rio, aut a L. Cesare. Quid poteris inges p̄ iis dicere: ne viuā, si scio, in illis qdē tribus libris,  
quos studiose laudas. Nihil reperio nūc, vt opinionē habeas rerū, serēdū est. Queris, ego me  
vt gesserim: cōstāter, & libere. Quid ille, inquit, vt ferebat? humaniter, meeq; dignitatis quo  
ad mihi satiffactū esset, habēdā sibi rationē putabat. Quomodo ergo absolutus: oīno accusa  
torum incredibilis infantia, idest L. Lentuli, L. Ter. quē fremūt oēs p̄uaricatū. Deinde Pom  
peii mira cōtētio. Iudicium sordes. Attamē. XXXII. condemnauerūt. XXVIII. absoluerūt.  
iudicia reliqua impendent. Nōdū est plane expeditus. Dices, tu ergo hęc quomodo fers? bel  
le hercule, & in eo me valde amo. Amisimus mi Pomponi, non omnē modo succum, ac san  
guinem, sed etiā colorē, & speciem pristinā ciuitatis. Nulla est resp. quē delectet, in qua acqui  
escam. Id ne igitur inquit facile fers? id ipsum. Recordor enim q̄ bella paulisper nobis gu  
bernantibus ciuitas fuerit, quē mihi gratia relata sit. nullus dolor me angit, vnū omnia pos  
se. disrupunt ii, q̄ me posse aliqd doluerūt. multa mihi dant solatia. Nec tamē ego de meo  
statu demigro: quēq; vita maxime est ad naturā, ad eā me refero, & literas, & studia nostra:  
dicēdi laborē delectatione oratoria cōsolor. Domus me, & rura nostra delectant, non recor  
dor vnde ceciderim, sed vnde surrexerim. Fratrem mecum, & te si habebō, p̄r me ista p̄di  
bus trahūtur. Vobis *ἐμ. ἐλλασσοφύσαι* possum. Locus ille animi nostri, stomachus vbi hebera  
bat olim, cōcaluit, vt digerat m̄sa cruda facili<sup>9</sup>. Priuatā mō, & domestica nos delectāt, mirā  
securitatem videbis, cuius plurimē mehercule partes sunt in tuo reditu. Nemo enim *ἀξίον*  
in terris est, mihi tā cōsentiētibus sensib<sup>9</sup>. Sed accipe alia. Res fuit ad interregnū, & est nōnū  
lus odor dictature. Sermo quidē multus, qui etiā Gabiniū apud timidos iudices adiuuit. Cā  
didati consulares oēs rei ambitus, accedit etiā Gabinius, quē P. Sulla non dubitans quin fo  
ris esset, postularat cōtradicēte, & nihil obtinēte Torquato. Sed oēs absoluent, nec posthac  
quisq; damnabit nisi qui hominē occiderit. Hoc tamen agitur seuerius. Itaq; iudicia calent.  
M. Fuluius Nobilior cōdemnatus est. Multi alii vrbani ne respōdēt quidē. Quid aliud noui?  
& tamen absoluto Gabinio stomachātes alii iudices. Hora post, Antiochū Gabiniū nescio  
quē solidis p̄ictoribus libertū accensum Gabiniū lege Papia condemnarūt. Itaq; dixit statim  
reus lesa maiestatis *πρῆτοριβ<sup>9</sup>* Pōtinus vult ad. III. Non. No  
uembr. triūphare. Huic obuiā Cato, & Seruilius Pr. it aperte, & Quintus Mutius Tri. Pl. Ne  
gant em̄ latū de imperio, & est latū hercule insulse, sed erit cū Pōtino Appius COS. Cato tñ  
affirmat se viuo illū nō triūphare: id ego puto, vt multa eiuldē, ad nihil recasurū. Appius si  
ne lege suo sumptu in Ciliciā cogitat. Ab Q. Fratre, & a Cesare accepī ad. IX. Cal. Nouē. li  
teras, cōfecta Britānia, obsidib<sup>9</sup> acceptis, nulla p̄da, imperata tamē pecunia, data salitoribus  
Britānię, p̄ximo ad. VI. Cal. Octob. exercitū Britāniā rēportabāt. Q. Pilius erat iā ad Cesare

Tacitum iudicium.

Tributum

Nūdinarū multarum negotia.

Candidati.

Infantia ac cusatorum

Stomach<sup>9</sup> vbi hebera bat conca luit.

Interregnū Rei ambi tus.

Dānabitur nemo &c.

Prætorib<sup>9</sup> Prætorib<sup>9</sup>.

Libertus. Accensus.

Recasurū. Britannia

dedita. Salitores.

## Epistol. ad T. P. Atticum

profectus. Tu, si aut amor in te est noster, ac tuorum, aut vlla veritas, aut si etiam sapis, ac frui tuis commodis cogitas, aduētare, & ppe adesse iā debes, nō mehercule equo animo te careo, te autē qd mirū: qd Dionysiu tātopere desiderē. quē qdē abs te, cū dies venerit, & ego, & Cicero meus flagitabit. Abs te p̄ximas literas habebā, Epheso ad. V. Iduū Sextil. datas, Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Expectatas mihi tuas literas. O gratū aduentū. O cōstātiā p̄missi, & fidem mirā. O nauigationē amandā, quā mehercule ego valde timebā, recordans superioris tuę trāsmiſionis. Sed, nisi fallor, citius te, q̄ scribo, videbo. Credo em̄ te putasse tuas mulieres in Appulia esse, qd cū secus erit, qd te Appulia moret: nā Vestorio dandī sunt dies, & ille latinus ἀπικισμὸς ex interuallo regustādus. Quin tu huc aduolas: sed iuisis illi? nostrā reip. germanę putauit. DC. nūmis ante comitiā tributim vno loco diuisis palā inde absolutū Gabiniū det, esse valiturū. De Messala qd queris, quid scribā nescio: nūq̄ vidī tā pares cādīdātos. Messalę copias nosti. Scaurū Triarius reū fecit. Si queris, nulla est magnopere cōmota συμπαθία. sed tamen habet adilitas eius memoriā non ingrātā, & est pōdus apud rusticos in patris memoriā. Reliq̄ duo plebi sic exequant, vt Domitius valeat amicis, & adiuuet, tamē non gratissimō munere. Mēmius Cēsaris cōmendat militibus, Pōpeii Gallia vitat: qbus si nō valuerit, putant fore aliquē, qui comitiā in aduentū Cēsaris detrudat, Catone p̄sertim absoluto. Paccia nē epistolę respondi, cognosce cetera. Ex fratris literis incredibilia quēdam de Cēsaris in me amore cognoui, eaq̄ sunt ipsius Cēsaris vberimis literis cōfirmata. Britānici belli exitus expectatur, cōstat em̄ aditus Insulę esse munitos mirificis molibus, etiā illud iā cognitū est, ne q̄ argenti scrupulū esse vllum in illa Insula neq̄ vllā spem p̄de, nisi ex mancipiis, ex quibus nullos puto te literis, aut musicis eruditos expectare. Paulus in medio foro Basilicā iam pene texuit iisdem antiquis columnis. Illam autē quā locauit, facit magnificentissimā. Quid q̄ ris: nihil gratius illo monimēto, nihil gloriosius. Itaq̄ Cēsaris amici (me dico, & Oppium) disrumparis licet, monimētū illud, qd tu tollere laudibus solebas, vt eos laxaremus, & vsq̄ ad atrium libertatis explicaremus, contempsimus sexcenties Sestertium. Cum priuatis nō poterat transigi minore pecunia, efficiemus rem gloriosissimā. Nam in Campo Martio septa Tribunitiis Comitiiis marmorea sumus, & tecta facturi, eaq̄ cingemus excelsa porticu, vt mille passuum conficiatur. Simul adiungetur huic operi villa etiam publica. Dicis quid mihi hoc monimentum proderit: ad quid laboramus res Romanas: nō enim te puto de lustro, qd iam desperatum est, aut de iudiciis, quę lege Plocia fiant, querere. Nūc te obiurgari patere, si iure scribis enim in ea epistola quam C. Domitius mihi reddidit Buthroto datam, in Asiam tibi eundum esse, te arbitrari: mihi mehercule nihil videbatur esse, in quo tantulum interesset, vtrum per procuratores ageres, an per te ipsum: ne toties, & tam longe abesses. Sed hęc mallem integra re tecum egisse, profecto em̄ aliquid egissem. Nunc reprimā susceptam obiurgationem, vt iā valeat ad celeritatem reditus tuus. Ego ad te propterea minus sepe scribo, q̄ certum non habeo vbi sis, aut vbi futurus sis. Huic tamen nescio cui, q̄ videbatur is te visurus esse, putauit dandas esse literas. Tu quoniam te iturum in Asiam esse putas, ad quę tēpora te expectē, facias me certiorē velim, & de Eurychide qd egeris. Vale.

M. T. CICERO. T. P. ATTICO. S.



Vto te existimare me nō oblitū cōsuetudinis, & instituti tui, rarius ad te scribere, q̄ solebā: sed cū loca, & itinera tua nihil habere certi video, neq̄ in Epeirū, neq̄ Athenas, neq̄ in Asiā, neq̄ cuiq̄, nisi ad te ipsum p̄ficiscenti dedi literas. Neq̄ enim sunt epistolę nostrę, quę si perlatę non sint, nihil ea res nos offensura sit, quę tantum habet mysteriorū, vt eas ne librariis quidem fere cōmittam, nedum cui libet. COSS. flagrant in sania, q̄ C. Memmius cādīdatus pactionē in Senatu recitauit quam ipse suus cōpetitor Domitius cū COSS. fecisset, vt ambo HS. quadraginta COSS. darēt, si essent ipsi COSS. facti, si tres Augures dedissent, q̄ se affuisse dicerēt, cū lex Curiata ferretur, q̄ lata non esset, & duos cōsulares, q̄ se dicerēt in ornādīs Prouinciis consularibus scribēdo affuisse, cum omnino ne Senatus quidē affuisset. Hęc pactio non verbis, sed nominibus, & p̄scripcionibus, multorum tabulis, cū esse facta diceretur, prolata a Memmio est nominibus inductis auctore Pompeio. Hic Appius erat idem, nihil sane iacturę, corruerat alter, & plane in

Britannia  
inopia.  
Scrup. arg.  
Mancipia.  
Basilica  
Pauli.  
Disrumparis licet.  
Atrium libertatis.  
Septa marmorea.

quam  
nunc  
& luc  
nem  
ni qu  
nā leg  
Sed h  
Vifun  
men al  
edifica  
lius ad



nobis se  
forore in  
sororem  
stridie e  
sed p̄ad  
inquit, t  
dulcius,  
inquit, h  
ret. Tum  
gnum. Ita  
mulari c  
multa: nil  
mihi mai  
sit, & Aqu  
cū discessu  
manitarē  
videres tu  
nostra ex  
as: nihil n  
turnis, opt



si quid opu  
videbā fore